# Tabula Metrorum

meratio. Pedes ideo appellati / quia vt nos nostris / sic illis carmina videntur incedere.

Pedes: Legittimi cuiusq; metri nominantur hi qui ꝓprij sūt & naturales in metris. Nothi dicuntur qui per corruptelam solutōnis accedunt.

Solutio dicitur quotienscunq; ꝓ vna longa ponimus duas breues! / aut ꝓ duabus longis quatuor breues Vel qñ vnus pes resoluit in alterū ipm ratōne seruata. Ille enim pes pro altero ponitur q eadē habet tempora vt Virgilius Tytyre pascentes a flumine reijce capellas

Pedes:

- dissillabi sūt q̄tuor:
  - Pirrichius constat ex duabus breuibus vt deus
  - Iambus ex breui & vltima longa vt dies
  - cui contrariat.:
    - Spondeus ex duabus longis vt estas
    - Trocheus ex longa & breui vt corpus
- trisillabi sunt octo:
  - Tribrach⁹ ex trib⁹ bꝛuib⁹ macula
  - Anapestus ex duabus breuibus & longa Adamas
  - Amphibrachus ex lōga inter duas breues carina
  - Bacchius ex breui & duabus longis vt honestas
  - cui cōtrariat:
    - Molossus ex tribus longis vt eneas
    - Dactilus ex longa & duabus breuib⁹ vt menal⁹
    - mphimacrus ex breui inter duas longas insule
    - Antibachius ex duab⁹ lōgis & breui vt natura
- quadrisillabi sunt sedecim:
  - Proceleumaticus ex duobus pirrichiis ariete
  - Diambus ex duobus iābis vt amenitas
  - Antipastus ex iambo & trocheo: vt coronatus
  - Ionicus minor ex spondeo & pirrichio vt preconia
  - cui cō trariat:
    - Dispondeus fit ex duobus spondeis Oratores
    - Ditrocheus ex duobus trocheis vt cantilena.
    - Choriambus ex trocheo & iambo nobilitas
    - onicus maior ex pirrichio & spondeo preconia
  - Peon primus ex trocheo et pirrichio vt leticia
  - Peon secund⁹ ex iābo et pirrichio vt amabilis
  - Peon tertius ex pirrichio et Trocheo vt alienus
  - Peon quartus ex pirrichio & iambo vt celeritas
  - cui cō trariat Epitrit⁹:
    - Primus ex iambo & spondeo vt sacerdotes
    - Secundus ex trocheo & spondeo vt conditores
    - Tertius ex spondeo et iambo vt hereditas
    - Quartus ex spondeo et trocheo vt orathoris

Pēthasillabi pedes vt scribit diomedes sūt duo & triginta: hexasillabi lxiiii. sed i vsu ñ sūt et reducūt ad supiores Cetera q̄ concernūt artē metricā regulas generales ac speciales de q̄ntitatibus sillabarū vberiores flores diligēs lector inueiet sparsim apud grammaticos que hic breuitatis gratia postergantur.

## Annotatio Generū Metrorum q̇bus vsus est Horatius in operibus sequētibus: Nicolai peroti Sypontini Cū additōe figurarū pro oculari inspectōe

Primum genus est monocolon / diciturq; choriambicum asclepiadeum tetrametrum Cōstans spondeo duobus choriambis & pirrichio Sic eni m scanditur

Sponde⁹ Choriã. pirrichius




Mece nas atauis edite re gibus est. i. odes

Exegi monumentum ere perennius: 30. li. iii.
Donarem pateras grataq; commodis. 8. li. quarti.
Et scripsit horatius tantumodo huiusmodi tres hoc metro odas.

☞ Secundum genus est dicolon tetrastrophon. Primi tres versus sunt dactilici penthāetri saphici. Constat eni Trocheo Spondeo Dactilo & duobus Trocheis h̄ mō.

Troche⁹. Dactilus. Spōdeus:




Iam sa tis terr is niuis atq; dire

Quartus adonius cōstans dactilo dimetro cathalectico hoc est dactilo & spondeo siue trocheo hoc modo

Dactilus: Spōdeus.




terruit vrbem.

Scripsit hoc metro xxvi. odas

- Iam satis terris niuis atq; dire 2.
- Mercuri facunde nepos athlantis 10
- Quem virum aut heroa lyra vel acri 12
- Vile potabis modicis sabinum 20
- Integer vitæ scelerisq; purus 22
- Partius iunctas quatiunt fenestras 25
- O venus regina gnidi paphiq; 30
- Poscimus si quid vacui sub vmbra 32
- Persicos odi puer apparatus 38
- Nullus argenti color est auari 2. li. 2
- Ne sit ancille tibi amor pudori 4
- Septimi gades aditure mecum 6
- Vlla si iuris tibi peierati 8
- Rectius viues licini neq; altum 10
- Ocium diuos rogat in patenti 16
- Marcijs celebs quid agam calendis 8. li. 3.
- Mercuri nam te docilis magistro 11
- Herculis ritu modo dictus o plebs 14
- Faune nympharum fugientum amator 18
- Non vides quanto moueas periclo 20

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/horatius1498/0013
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg